

in commissione aliorum, quod semel omni mense teneantur et debeant omnino
 ire personaliter et uidere et examinare, omnia arma, correda, et bona arsenatus,
 tenendo modum, quod ipsa arma et coredda ac bona, teneantur in ordine et non
 deuastentur uel malo modo accipiantur, cum damno communis et habendo con-
 tinue apud se unum quaternum in quo sint omnia predicta ordinate scripta, et
 cum non erunt amplius opportuna faciant ipsa uendi, uel mitti Venetias, sicut
 eis utilius uidebitur pro nostro communi. Insuper, ut continue numerus possit
 bene uideri comittatur comerclarijs Crete, quod unus eorum continue omni mense
 teneatur et debeat ire simul cum ducha et consiliarijs predictis, ad uidendum
 de armis et corredis predictis. Habendo etiam unum alium quaternum in quo sint
 scripta, omnia arma et bona predicta pro maiori fauore communis.

14

Ἐπειδὴ δίδονται χρήματα εἰς τοὺς θέλοντας νὰ φέρωσιν ἵππους ἐν Κρήτῃ ὑπὸ τινος ὄρους, καὶ ἐπειδὴ
 πολλοὶ δὲν ἐτήρησαν τοὺς ὄρους τούτους καὶ τὰς συμφωνίας, δὲν ζητοῦνται δὲ εὐθύναι παρ'
 αὐτῶν, οὔτε ἡ ἀπόδοσις τῶν χρημάτων, οὔτε ἐπιβάλλονται αἱ προβλεπόμεναι ποιναὶ πρὸς βλά-
 βην τῆς κοινότητος. Διὰ ταῦτα διατάσσονται ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι, ὅπως ἐντὸς τῶν καθορι-
 ζομένων προθεσμιῶν ἀπαιτῶσι τὴν ἐξόφλησιν τοῦ χρέους τοῦ προκύπτοντος ἐκ προκαταβολῆς
 πρὸς ἀγορὰν ἵππων ἐκτὸς τῆς Κρήτης, πλὴν ἐξαιρετικῶν περιπτώσεων. 1363, Ἰουνίου 8.

F^o 18^r Capta. Quia per ducham et consiliarios Crete, sicut est manifestum, datur
 bona quantitas pecunie, uolentibus conducere equos in Cretam cum certis pactis
 et promissionibus, et sicut habetur fuerunt et sunt multi, qui non attenderunt
 promissa, nec attendent in posterum nisi prouideatur equibus non exigitur capi-
 tale, nec pena, ad quam cadunt, que omnia occurrunt defectum regiminis Crete,
 et bonum sit mentem apponere super hoc; uadit pars quod de cetero ducha et
 consiliarij nullo modo uel forma, possint facere, uel fieri facere, terminum, uel
 elongationem aliquam, in predictis, uel aliquo predictorum, ideo in quo tene-
 buntur, sed sint solliciti facere exigi ab eis debita cum integritate ita quod nostrum
 commune recipiat dictum suum, saluis semper causis exceptatis, deinde per
 pacta et ordines, qui integraliter obseruentur.

15

Διατάσσεται ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι καὶ οἱ ρέκτορες Κρήτης, ὅπως ἐξετάσωσι τοὺς δουλοπαροίκους
 καὶ ἀναγκάσωσιν αὐτοὺς νὰ τελῶσι τὸ ναγκράτι. 1363, Ἰουνίου 8.

F^o 18^r Capta. Cum nostrum commune, de uillanis suis insule Crete male recipiat
 drictum suum et utile sit quod super hoc, remedium apponatur; uadit pars quod
 comittatur, duche et consiliarijs Crete, presentibus et futuris, et alijs rectoribus
 insule Crete, presentibus et futuris, quod de ipsis uillanis faciant bonam et dili-

